

## 159

HABENTVR HOC VOLVMINE HAEC THEO-  
DORO GAZA INTERPRETE.

Aristotelis de natura animalium. lib. ix.

Eiusdem de partibus animalium. lib. iiii.

Eiusdem de generatione animalium. lib. v.

Theophrasti de historia (*sic*) plantarum. lib. ix.

Et decimi principium duntaxat.

Eiusdem de causis plantarum. lib. vi<sup>1</sup>.

Aristotelis problemata in duas dequadraginta sectiones, in quibus quatuordecim, quæ circa finē deerant, quæstiones, in quartūq; locum totidem ex iis, quæ alibi in eo ipso uolumine habētur, falsò suppositæ fuerant, in suum locum restituendas curauimus. qui error in omnibus pblematum libris, qui ante Venetiis excusi leguntur.

Alexātri Aphrodisiensis pblemata duobus libris nō unquā ante impressa eodē Theodoro iterp̄te.

Insunt præterea huic uolumini tractatus tres. quorum primus est eorum omniū, quæ in Aristotelis animalibus, & Theophrasti plantis habentur. Alter ē græcus secundum ordinem literarū animalīū, plantarūq; omniū, de quibus in iis ipsis libris Aristoteles, & Theophrastus meminerunt, ut. s. ea in latinū traduxerit Theodorus. Adduntur & nomina partium omnium corporis. tum alia quædam haud scitu indigna. Tertius est latinus secundum literas alphabeti eorū ipsorum, quæ in græco tractatu notata uisuntur. Quod factum ideo est, quia operæ pretium existimauius, scire studiosos, animalium, plantarūq; omnium nomina, quæ in his libris habentur, & græce dicere, & latine.

Hos libros à Theodoro tralatos adeo utiles futuros existimamus iis, qui græcas literas discere cōcupiscunt, atq; cum græcis latina cōiūgere, ut nihil magis. sed eos ne pluribus laudē, facit Hermolaus Barbarus, qui sic de Theodoro ad Sixtum Pontificem

1. La disposition du titre a été conservée pour les huit premières lignes.

